

ACERCA DEL USUFRUCTO
LIBRO SÉPTIMO DEL DIGESTO DE JUSTINIANO

Textos latino y español

VII

DE OPERIS SERVORUM³⁷

1 *PAULUS libro secundo ad edictum* Opera in actu consistit nec ante in rerum natura est, quam si dies venit, quo praestanda est, quemadmodum cum stipulamur ‘quod ex Arethusa natum erit’.

2 *ULPIANUS libro septimo decimo ad edictum* Operae servi legatae capitis minutione non amittuntur.

3 *GAIUS libro septimo ad edictum provinciale* In hominis usu fructu operae sunt et ob operas mercedes.

4 *IDEM libro secundo de liberali causa edicti urbici* Fructus hominis in operis consistit et retro in fructu hominis operae sunt. et ut in ceteris rebus fructus deductis necessariis impensis intellegitur, ita et in operis servorum.

5 *TERENTIUS CLEMENS libro octavo decimo ad legem Iuliam et Papiam* Operis servi legatis usum datum intellegi et ego didici et Iulianus existimat.

6 *ULPIANUS libro quinquagensimo quinto ad edictum* Cum de servi operis artificis agitur, pro modo restituendae sunt, sed me-

³⁷ Los párrafos 1 a 6 pertenecen a la masa edictal.

VII

ACERCA DE LOS SERVICIOS DE LOS ESCLAVOS

1 PAULO en el libro segundo *Al edicto* El servicio consiste en un acto, y no está en la naturaleza de las cosas sino hasta que llega el día en que ha de cumplirse,¹²¹ así como cuando estipulamos “lo que nacerá de Aretusa”.

2 ULPIANO en el libro décimo séptimo *Al edicto* Los servicios legados del esclavo no se pierden por la pérdida de la personalidad jurídica.

3 GAYO en el libro séptimo *Al edicto provincial* En el usufructo de un esclavo están sus servicios y los salarios obtenidos por sus servicios.

4 EL MISMO en el libro segundo *Acerca de la causa liberal del edicto urbano* El fruto de un esclavo consiste en sus servicios y, al revés, en el fruto de un esclavo están sus servicios. Y así como en las demás cosas se entiende el fruto, deducidos los gastos necesarios, así también en los servicios de los esclavos.

5 TERCENCIO CLEMENTE en el libro décimo octavo *A la ley Julia y Papia* Yo aprendí y Juliano estima que, legados los servicios de un esclavo, se entiende que también se dio el uso.

6 ULPIANO en el libro quincuagésimo quinto *Al edicto* Cuando se demanda acerca de los servicios de un esclavo artífice, se han de dar de acuerdo con la medida, pero si se demanda acerca de los de un esclavo de menor categoría, de acuerdo con su ocupa-

¹²¹ En que ha de cumplirse el plazo para poder ejercer el legado de servicio de un esclavo.

diastini secundum ministerium: et ita Mela scribit. **1** Si minor annis quinque vel debilis servus sit vel quis alius, cuius nulla opera esse apud dominum potuit, nulla aestimatio fiet. **2** Item voluptatis vel affectionis aestimatio non habebitur, veluti si dilexerit eum dominus aut in deliciis habuerit. **3** Ceterum deductis necessariis impensis fiet aestimatio.

ción, y así escribe Mela. **1** Si fuera un esclavo menor de cinco años o uno débil, o algún otro, cuyo trabajo pudo no ser útil para el dueño, no se hará ninguna estimación. **2** Igualmente no se tendrá la estimación del placer o del afecto, como si el dueño lo amara o lo tuviera para sus placeres. **3** Por lo demás, se hará la estimación, deducidos los gastos necesarios.